

ciulationibus infantuli , & intestinorum  
mure , facile mihi coniicere licuit , sequens  
**Cataplasma anodynum**, & flatus discutiens, ap-  
plicui.

**Catapla-  
sma ano-  
dynum.**

\* farinę fabar. 3ij.  
pulu.sem.cydonior.&  
fœnogræci an. 3j.  
sem.anisi  
fœniculi  
anethi  
flor.chamomil.  
meliloti &  
sambuci an. 3j.

Coquantur cum decocto radicum althæ ad  
formam Cataplasmatis. Deinde admisce ol.  
mygd.dulc.pinguedinis humanæ an. 3j.

vitellum vnius oui  
croci 3 f.

Misce,fiat Cataplasma, quod calide applica-  
tur bis aut ter in die.

Per os quoque parumper ol. amygdalarum  
dulc. cui nonnihil sacchari admixtum erat,  
ſepiſſimè lambendo exhibui. Et quia tufficula  
ſimul aderat, ac tuffiendo ingentes dolores pa-  
teretur , pectus præscripto linimento ex oleo  
amygdalarum dulcium &c. ſepiſſimè interdiu  
inunxi , & continuò ſequentem ſyrupum lam-  
bendum propinaui.

**Syrupus  
magistra-  
lis.**

\* radicum fœniculi  
petroſel.  
graminis &  
cichorei an. 3j.  
hordei mundati 3ij.

liqui-